

[A] Insuper et a ^{cantorem Alboleorem g} contracta turris Leonum [a] per ^{Ren.} teriacum [b], usque ad Clusam quondam de Mañolo, canale, ut supra diximus, fieri faciens, in quo molendinum, cum episcopo disceptans, fieri fecit. Demum, anno sequenti, scilicet MCCXXIV, Ubertus de ^{Uzine} ~~Ozine~~ ^{Civis Mediolanensis, Feve-} ~~Uzine~~ ^{tius} [c] potestas, in eumdem aquam [d] labi faciens, cum episcopo et abate Sancte Marie composuit [e].

De pace inter Faventinos et Livienses reformata.

CAP. CLXXVI.

Cupientes siquidem Faventini destructionem castri super Cosnam et plebis Corletae [f] et alias onerosas iniurias, quas Livienses, asinino more leonis pellem induit [g], eis fecerant, vindicare conantur, quo iam curvati [h] plus pondus hoc deferre non poterant. Anno itaque Domini MCCXXIV die VIII intrante mense Aprilis, Liviensium potestas, scilicet dominus Bartolomeus Nasus, nobilis civis Bononiensis, et consensu Liviensium [i] venit Faventiam, et cum eo XX honorabiles viri, in plena concione Faventiae [j] super nominatis offensis, sese omnibus mandatis Faventiorum, sive omni pactione [k] remota, iuraverant quoniam curvati, nobis illiquo [m] obsides VIII in dicta concione tradentes; lapidem quemdam in modum pignorum sculptum reddiderunt [n]; CC libras episcopo pro restauratione supradictae plebis [o] tradiderunt. His omnibus absque dubio rite paratis, Ubertus de Oziaio [p], nobilis civis Mediolanensis, Faventinus potestas, in pleno et generali consilio Faventiae [q], eis obsides reddit. Pro tanta itaque gratia et mansuetudine Forlivienses Faventinis immensas gratias exolventes [r], atque abinde [s] inter eos pax et concordia, Deo dante, est reformata. Ad eam vero perpetue retinendam, et ut in VII decennium semper possit reformari, Faventini a fossato, quod quondam inter ecclesiam Casalungula et

[a] turris Leonum. Cl. Mitt. legit: turris; in C. V. est: rivi. Leonum porro Codd.; sed Leonis, Cl. Mitt. — [b] per teriacum. Sic C. M. et Cl. Mitt. An vero legendum renacium? Renacium locus erat, ut ex chartis 1240 et 1250 et 1398, non longe a Sancta Maria in Broilo et prope Sanctum Michaelem. — [c] Ubertus de Ozine. Sic legit Cl. Mitt.; et revera, de Ozine, vel Uzine, legendum esse demonstrat perspicue Cap. CLXXVIII; sed in charta 1224, Archiv. Azzur., scribitur: Ubertus de Uzone. — [d] in eumdem aquam labi, C. M.; nempe subintellige: canalem. In C. V., in eamdem aquam. — [e] Sanctae Mariae composuit, C. M.; Sanctae Mariae quaesivit, C. V. — [f] et plebis Corletae, C. M.; et plebem Corletae, C. V. — [g] pellem induit. In C. M., pellem induiti; in C. V., pelle induiti. — [h] quo jam curvati. Sic C. M.; quoniam curvati, C. V. — [i] e consensu Liviensium. Sic lego C. M.; de consensu Liviensium, C. V.; et consensu Liviensium, Cl. Mitt. — [j] concione Faventiae, C. V.; forte, concione Faventiorum, legendum. — [k] sive omni pactione. Sic Codd.; sine omni pactione, legit Cl. Mitt. — [l] obedituros. Sic supplevi. — [m] nobis illiquo, C. V.; nobis illiquo, C. M.; nobis illiquo, Cl. Mitt. — [n] sculptum reddiderunt. Sic lego; sculptum reddiderunt, Codd. — [o] supradictae plebis, C. M.; supradictae plebis Corletae, C. V. — [p] Ubertus de Oziaio. Sic videtur habere C. M. In C. V., Ubertus de Oziaio; Cl. Mitt., Ubertus de Ozinio legit. In cap. CLXXVIII, perspicue legitur de Uzine, et alibi legendum esse de Ozono notavimus, chartarum veterum ope. — [q] consilio Faventiae, C. V.; consilio Faventino, legit Cl. Mitt., — [r] exolventes, C. M.; persolventes, C. V. Sed corrigi: persolventur. Et sic ubique occurrit hujusmodi errores corrigitur; nam nimium esset incommodum eos ubique indicare. — [s] atque abinde. Sic Codd.; ubique abinde legit Cl. Mitt. — [t] et ut in, C. M.; ut in, C. V.

[A] An hic intelligi debet principium palatii, sive sedis potestatis, an vero muneric ipsius? Si primum, non habeo quod addam; si alterum, falleretur Tolosanus, quia non pauci, ante Burrum, in monumentis antiquis inveniuntur potestates Faventini.